



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

10 Decima pluribus in locis non persolvuntur, & quare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

mus, ut decimas dari de omnibus non negligatis, quia Deus ipse sibi dari consuluit, & Conc. Trid. ubi ait, cum decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadant, præcipit omnibus cujuscunque gradus, & conditionis, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum Cathedrali, aut quibuscunque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, persolvat, qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, ut c. 12. de resor. sess. 25. & cap. peryenit, de decim.

7 Secundò, † non præscribitur consuetudo contra jus naturale, vel divinum, cap. fin: & ibi Abb. de consuetud. Innocent. in rubric: num: 4, Rot. decis: 7, num: 3, eod: tit. Covarr. c. 17, numer: 8, ver: nam, & si passit, & Rebuff. de decim: quest: 13, num: 40. nec præscriberentur decimæ, si præcepto divino deberentur, quæ tamen in quota consuetudine præscribuntur, & in eorum solutione consuetudo est attendenda, c. dilecti, cum sint homines, & ibi gloss. in ver: ad consuetudinem, c. ad Apost. in fin: cum aliquibus in fin: & ibi gl. fin. de deci: Covar. eod: n: 8, ver: eas verò decimas, Boer. in consuetu: Bitor: qui de communi opinionetestatur, §. 12, tam in prædialibus, quam personalibus, Rebuff. in eod. tract: qu: 13, num. 46: & Monet. c. 5, nu: 87.

8 Tertio † moveor alio fundamento, nempe, quòd communi æstimatione in toto dominio Republicæ Christianæ, Ecclesia habet ferè decimam omnium bonorum stabilium, & si in uno dominio minus decima, in alio ultra decimam, & tempore Divi Petri, & Apostolorum Ecclesia non habebat prædia, sed bonorum ecclesia-

sticorum natura exordium habuit ab Apostolis, quibus illi fideles primi bonis venditis eorum pretium dabant, tanquam Christi Vicariis, ut ex eis fideles egeni alerentur Act. Apostol. c. 2, 5. & 6. & Baron. Anna: Eccles: § 7, num. 72, & par: 73, 1, sed postea tempore procedente, rationabilibus de causis Episcopi Apostolorum successores, prædia, quæ à pijs vitis donabantur, servabant, ut futuris clericorum, & pauperum necessitatibus providerent, ut in cap: videntes, cap. Episcopus, & c. præcipimus, 12: quest: 1, cum alijs suprad: ductis, in c: 12, par. 1:

9 Constantinus † enim ille magnus, alij que deinde imperatores, amplissimis dominiis in Judæa, Græca, Asia, Thracia Africa, & Italia, ac Insulis, possessionibus, & prædijs Ecclesiam ditaverunt, ut in c. Constantinus: 96: distinct, de plene supra, in c: 12. à nu. 3, usque ad nu. 10. quibus ubi decimarum quota diminuta reperitur, præsumitur ex causa dominiorum, possessionum, & prædiorum Principum, & aliorum piorum virorum largitione Ecclesiæ acquiritorum ita compositum fuisse, & valet compositio. c. 3, c. veniens, & Abb: in c. dilecti, in fin: de transact: Rebuff. qu: 13, n: 26, & Monet. q: 5, n: 121, de decim. Et hac de causa ferè de toto agro Bononiensi non solvuntur decimæ, quia olim illa Respub. assignavit Archiepiscopo pro decimis Castrum Centi, & Castr. Plebis, Archiepiscopus Taurinensis cum pluribus Communitatibus composuit, à quibus percipit annis singulis summarum conventam auctoritate Apostolica approbatam † loco decimarum, & sic ubique, ubi auctoritate Apostolica decimarum compositio facta fuit, ad formam transactionis persolvitur,

At, si de confirmatione Apostolica non constat, quando sumus in antiquis illam sufficit allegare, & famam probare, quia, ne propter difficultatem probandi rem ad eod antiquam, pereat jus partis, præsumitur pro privilegio, ut post, Imol, Bald. Gard. & alios tenet Felyn. *in c. causam, qua. num. 13. de præscript.*

- 11 Consuetudo ¶ autem, quod de prædijs ecclesiasticis decima non solvatur à clericis, & quod clerici eximantur à solutione decimarum tam prædialium, quam personalium etiam ratione bonorum patrimonialium valet. gloss. ult. *in c. in aliquibus in fin. de decim.* gloss. *in c. quia. cognovimus. 10. quæst. 3.* Felyn. *in dicto cap. causam, qua. num. 1. in fin. de præscript.* Covar. *dicto cap. 17. num. 8. ver. primum hinc constat, & ver. secundò licet, & Monet. eodem cap. 5. num. 96 & 97* & etiam valet, & defenditur ¶ consuetudo, quæ passim in toto orbe terrarum viget, quod de quibusdam fructibus nulla debeatur decima, nec portio, ut de minutis etiam mistis, nempe de feno, herba, oleo, leguminibus, & de ijs, quæ non proveniunt ex possessionibus, ut sunt decimæ caseorum, ovorum & animalium S. Thom. *in 2. 2. quæst. 87. art. 2. ad 3. in fin.* Astens *in rubr. de decim. art. 4. in fin.* Paul. de Castr. *conf. 17. 2.* Covar. *lib. var. resolut. c. 17. nu. 8. ver. septima, Rebuff. eadem qu. 13. nu. 51. & Monet. c. 5. num. 93. & 94. de decim.*
- 12 Attenditur etiam, ¶ & valet consuetudo, quod de personalibus decima non persolvatur, & licet. Innoc. *in cap. in aliquibus, in fin. de decim.* teneat indistincte, nullam consuetudinem eximere, posse laicos à solutione decimarum, debet intelligi de prædialibus, cum à personalibus con-

suetudine præscripta possint laici se eximere à solutione decimarum, quas qui solvant, pauci inveniuntur, alioquin infinitæ animæ torquerentur, ut tradit Host. *in sum. de decim. 8. & utrum, quæst. 7. post. med. & Rebuff. qu. 13. num. 44. in fin. eod. tit. & ratio, quare personales ¶ decimæ in totum consuetudine præscribi possunt, est, quia non sunt de jura divino, & ided consuetudo excusat à solutione. Felyn. in dicto c. causam, qua. num. 1. Henric. in c. pervenit, de decim. colum. 5. & id commutivulu receptum esse tenet, Card. in c. 1. de decim. quem sequitur Covar. *eod. o. 17. num. 2. ver. & præter has, Rebuff. loco proxime citato, & Monet. eod. c. 5. nu. 92.**

Premissa omnia procedunt, quando parochi, & alij beneficiati habent, unde commodè vivere possint, quia aliàs nulla consuetudo, aut præscriptio decimas non solvendi, aut aliàs nihil Ecclesiæ ministris subministrandi excusat à peccato, nec valet hujusmodi consuetudo, quando ministrans spiritali sustentari non potest, quia sustentatio ¶ ministrorum Ecclesiæ Dei debetur de iure naturali, & divino, Sot. de iust. & ju. *quæst. 3. art. 1. lib. 9.* Vasq. *contra Ill. cap. 89. nu. 8. & 9. lib. 2.* Covar. *d. c. 17. post. alios. quos citat. nu. 3.* & ita procedunt allegata per Rebuff. *in d. quæst. 13. nu. 40.* ut declarat Monet. *eo. cap. 5. n. 91. de decim.* & pro ministrorum sustentatione, quando fructus sunt exigui, ut debitis oneribus satisfacere nequeant, per primitiarum, aut decimarum assignationem, vel Parochorum symbola, ac collectas tantum redigi debet, quod pro rectorum, aut parochiarum necessitate decenter sufficiat, Concil. Trid. *d. cap. 13. ver. in parochialibus, sess. 24. de reform.*